periculosa illa postrema tempora facta, ut vere nobis dicere liceat cum Propheta, Patres nostri comederunt uvam acerbam, et filiorum dentes obstupuerunt. Ego me in Christo unice consolor senecta, quam brevi me hisce calamitatibus eximet, alioqui cordis dolore ante tempus periturum, neque enim diutius hanc lamentum perferre potero. Oro autem te mi dilectissime mortalium, ut constanter et infracto animo meum diem expectes, qui nos in pace, summa felicitate hinc transferet, et coelestibus agminibus sociabit. Spero te brevi ad nos venturum. Utinam bene sit optimo viro patrono nostro Dno Herberto a Langen, cui uni omnia (post Deum) debeo. Raptim Embdae 26. April. Ao 1568.

Albertus Hardenbergius. 150)

Epithalamium seu breve carmen Gratulatorium in nuptiis Reverendi viri D. Joannis Molani Rectoris scholae Bremensis, et honestissimae matronae Adelheidis Gheline, celebratis Bremae in festo Martini 1568.

[= Nr. A. 7. Nr. 283]

Huc, huc, o charites, adesse vultu
Phoebeis radiis seniore.
Huc, huc, Pierides, adesse vultu
Vernis temporibus venustiore.
Sit noster paranymphus ipse Christus.
O lucem ter et amplius beatam.
Hinc, hinc Eumenides, abeste Pestes,
Hinc frontis Furiae severioris:
Hinc Faunj, Satyri, Venus, Cupido,
Hinc Bacchi furor, hinc abeste Pestes
Silvestri Satirae gregis Patronus,
O lucem ter, et amplius beatam.
Haec est lux ea, qua solemnis olim
Martini titulo ad scyphos aditi;
Haec lux est eadem (bonum sit omen)
Qua nostrae columen scholae Molanus
Aleidin sociatori salutat.
O lucem ter et amplius beatam.
Martinalibus fruatur ergo
Vulgus, et hominum; Sed o sodales,
O quotquot scholicas tuemur artes:
Molani prosequimur favore lucem
Qua fortina conjungatur uxor:
O lucem, ter, et amplius beatam.
Illum . . . paranymphorum.
. . . . . . . . somni
. . . . . plus his
Quam pro sorte tulit molestiarum:
Sed quae non mala nunc levabit uxor?
O lucem, ter et amplius beatam.

Illam (at novissime) nobis
reliquit)
Nil suspiria praeter et
dolores
Et crebros gemitus, gra-
vesque planctus,
Charus viduam domi ma-
nebat.
Hac sed conjuge quam repente
felix:
O lucem ter et amplius beatam.
At quis non videat Deum
benigne
Porrexisse manus et huic et
illi:
Dum quaerit trepidans fugit
salutem.
Cui conjunx fuerat, huic re-
pertus est spes.
Hinc est Angelicos fuere
coetus:
O numen ter et amplius benignum.
Quanti sunt operum Dei re-
cessus:
Femmingana fuit dolenda multis:
Clades et nimium cruenta mul-
tis:
Haec sed clade Dei favor benignus,
Ad sacrum conjugii vocavit
ambos:
O numen ter et amplius
benignum.
Nunc sacrata datur fruenda con-
junx:
Nunc sacrata datur semper no-
tum:
Ast hoc o utinam fruenda re-
bis
Contingat senibusque, liberisque
Quum sera officium reposcet
aetas
O sortem ter et amplius bea-
tam.

Quare o Chunodes fata forte moneri
Et virtutibus undique fultum)
Haec sit fronti tibi perenne
pignus:
praesensque indicium Dei, suorum
Curam, quam male postulant
parentes:
O numen ter et amplius benignum
Quin illud meminisse te juvabit,
Quod, qua luce, furens fremensque
quondam
Cunctis quimus hic est Satan
minatus
Scholis, exitium, tuisque cessit.
Haec te lux sua tori beavit.
O lucem ter et amplius beatam.
Quam credis Satanam do-
lore ringi,
Et successibus invidere tantis:
Ringatur, fremat invidusque rumpatur:
At tibi iterum Deus beatos
Hac cum conjuge det benignus
annos:
Det vitam ter et amplius be-
atam.

Tuo observantissimus filius
et discipulus, Jacobus
Cunnebing: serius qui-
dem paulo: sed tamen
satis cito, si sat bene.